

Littere ad Carolum Archiducem Austriae.

62

Serenissime Princeps. Delatum est ad nos militem vul-
 go Litovianum dictum contra severa mandata nostra in
 Syleriam excurrisse, ibique partem ipsius caeram, et oppres-
 sam esse, partem vero ibidem haerere. Etsi vero haec clades
 gravi cum Christiani sanguinis effusi iactura acciderit,
 praesertim cum et pretensa militie hi nominapro-
 seculissent, et litteras liberi passus a Serenitate vestra ob-
 tinuissent, tamen iam stragem sine ipsorum temeritati
 atque insolentiae acceptam ferre debent. Ceterum cum sub-
 vereamus, ne huius militis licentiosi residua manus, quae
 isthic adhuc haeret, vindictae studio aliquod hostile atten-
 det, mature eius rei Serenitatem vestram admonere vo-
 luimus, quo nulla in nos, regnumque nostrum ex licen-
 tiosorum hominum temeritate culpa redundet, ordines-
 que et incolae Syleriae in persequendis illis intactos, o-
 mnisque iniuriis immunes regni nostri fines praesentent.
 Quod reliquum.

Post scriptum. Scriptis hinc litteris ad Serenitatem
 vestram supervenit cubicularius noster, quem paucis an-
 te diebus ad licentiosos hos homines expediveramus. Hic
 nobis et litteras a supremo regni nostri mareschallo
 attulit, et ipse eorum retulit; hos milites Syleriam, et
 quidem, non impune iam excessisse, exercitum in presen-
 tia eiusdem cubicularii nostri dissolvisse, et domum quem-
 cunque suam cepisse. Itaque secretarium cum presenti-
 bus litteris nostris ad serenitatem vestram, et cum severis-
 simis mandatis ad eorum milites, et iam se se itinere
 accingentem ad maiorem Poloniam ire iussimus, ubi
 Proynowski et alii nonnulli licentiosos contigere nuntian-
 tur, ad quos per eundem secretarium nostrum severis-
 sima dedimus mandata, unaque magnificum Genera-
 lem

lem maioris Polonia per literas monuimus, daret ope-
ram ne reliquie horum hominum licentiosorum spaci-
um se se colligendi, turbasque implendi habeant, quod
ipsum haud impigre facturum confidimus.